RUPERTUS TUITIENSIS

Frankreich, 13. Jh. Seite 9r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26522
Copyright: Admont, Benediktinerstift

i. conscientie dicens. natus est tibi puer masculus. i. bonum opus. Item gaudium in domino non in iniquitate
proximorum. Job. xxxi. Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat. caritas
enim non gaudet super iniquitate. L v 6 L oj.

Tu quis es. et cetera. Potuit dixisse ego sum iohannes. cum hoc nomen ab
angelo fuerit prenuntiatum. ante conceptionem. aperte prescriptum. Iohannes
gratia uel in quo est gratia hominem iustificandi significat. cum adhuc sit tamen
cuius peccatorum. cui tamen hoc nomen ab angelo magis consilium per gratiam preueniente prenuntiatur
in predestinatione. a matre imponitur in baptismo ab ecclesia. s. per gratiam et communionem. aperte
deo scribitur per gratiam perseuerantem in morte. Negauit iohannes se esse christum uel heliam
aperte ueritate. prophetam aperte humilitate. Negauit se esse christum. et tamen dixit eum esse an
gelum. quod plus est. quia hoc est ex natura. illud non ex gratia. unctione. s. nam et multa repe
batur christus fuerunt. ii. regum. Extendisti manum tuam in christum domini. Angelus fuit aperte puritate
quia in utero sanctificatur. et propter familiaritatem. quia ipsum baptizauit. Iohannes. amicus sponsi
et cetera. et propter officium quia uoluntatem hominibus reuelauit. et populo orauit. fuit et he
lyas non corpore sed spiritu et uirtute. uterque in spacia abstinentia. habitu et officio.
Illum persecuta est iezabel. istum herodias. ille in morte ieiunauit. iste in here
mo. tamen ille quod iste conuertit corda patrum in filios. De illo ecclesiasticus. Surrexit hely
as quasi ignis. de isto christus. Iohannes erat lucerna ardens et lucens. quod plus est. nam facula
fumum. lucerna lucem reddit. Ille precinctus zona pellicea. et cetera. iiii. regum. i. iste in
dutus est pilis camelorum. Item negat prophetam et dominus plus quam prophetam asserit. quia
non solum futurum prenuntiauit. sed et presentem digito demonstrauit. non solum etate
uirili. sed et in utero iam quodammodo prophetare cepit. Ecce quomodo qui se humiliat exaltabitur.
Fuit ergo iohannes angelus per innocentiam. helias lucerna per exemplum. propheta per doctrinam.
Quid ergo dicis. Ego uox clamantis in deserto. et cetera. In uocis nomine duo notantur. s.
nimia humilitas. quia cum platone quasi simul et semel incipit et desinit. quasi diceret.
nullius sum. Iacobus. que est uita nostra uapor ad modicum parens. Item nimia fami
liaritas. nam uox animi conceptum exprimit. et domini uoluntatem ipse populo nuntiauit. Dicit autem
non ego sum clamans uel uox uocis clamantis. sed est uox. quia totus est uox sum. Erat
utique uox et multiplex uox. Nam et annuntiatio et conceptio et natiuitas et predicatio
et officium. uita et passio eius. omnia uox sunt. et hec uoces illi dominus congentap
tauit. In annuntiatione eius pater obmutuit. et tamen fuit uox sicut aquarum. quam s. dominus
iterum sicut aquarum multarum. utique scripture. quia adueniente gratia lex obmutuit.

De iohanne baptista.

Angelus puritate.

Helyas per …

Propheta per doctrina.

Vox clamantis.

Multiplex uox.

Prothema.

Vox sicut aquas.